MONUMENTA
GERMANIAE.

Codex Oldenburg. archivi. II, 6, a.

Lucius natione romanus [e]x patre porphirio. ſedit annos [I]I. menſes III. dies III. Fuit [te]mpore galli et uoluſiani. ſed et ualeriani. a quo et capite truncatus. ſepultus eſt in cimiterio caliſti. Hic praecepit ut duo presbiteri et tres diaconi epiſcopum non desererent propter teſtimonium ecclesiaſticum

Stephanus natione romanus. ſedit annos IIII. menſes II. dies XV. fuit tempore ualeriani. et martirio coronatus ſepultus eſt in cimiterio caliſti. Hic conſtituit ſacerdotes et levitas veſtibus ſacratis in uſu cottidiano non uti niſi in ecclesia tantum.

Sixtus Secundus. natione grecus ex philoſopho. ſedit annos II. menſes XI. dies VI. Fuit tempore valeriani. et martirio coronatus ſepultus eſt in cimiterio caliſti. Cum quo et VI. diacones capite truncati in cimiterio praetextati poſiti ſunt. Hic ubi beatus Laurentius in cimiterio ciriaci in agro uerano in cripta cum aliis multis fratribus ſepultus eſt.

Dyoniſius ex monacho ſedit annos II. menſes III. dies VII.

Gallus cum Uoluſiano

Valerianus cum filio Galieno octava Perſecutio

Gallienus

Fuit tempore Gallieni. Hic presbiteris ecclesias dedit. et cimiteria et parrochias dioceſesque conſtituit

Felix. primus. natione romanus ex patre conſtantino. ſedit annos IIII. menſes III. dies XXV. Fuit tempore claudii et aureliani. et martirio coronatus. ſepultus eſt in baſilica quam ipſe fecerat in via aurelia ſecundo ab urbe miliario. Hic conſtituit ſupra memoriam martirum miſſas celebrari.

Euticianus. natione tuſcus ex patre marino. ſedit annos VIII. ~~et~~ menſes X. dies IIII. Fuit tempore aureliani. et martirio coronatus. ſepultus eſt in cimiterio caliſti. Hic conſtituit ut fruges ſuper altare tantum fabae et uvae benedici. et qui martirem ſepeliret. ſine dalmatica aut colobio purpurario non ſepeliret. qui et ipſe CCC.XIII. martires manibus ſuis ſepeliret

Gaius. natione dalmata ex patre gaio. ſedit annos XI. menſes IIII. dies XII. fuit tempore carini et diocliciani. a quo et paſſus eſt. et ſepultus in cimiterio caliſti. Hic conſtituit ordinem omnem in eccleſia ſic aſcendere. ut eſſet oſtiarius. lector.

Claudius

Aurelianus. Nona Perſecutio

Tacitus

Probus

Carus cum Carino et Numeriano filiis

Johannes.
110.us Martinus.
Adrianus.
Stephanus.
Formosus.
Bonifacius.
Stephanus. Iste a Formoso papa quandoque in episcopum ordinatus et postmodum papa effectus, ipsum defunctum in tantum persequitur, quod in concilio corpus Formosi positum induit veste laicali et duos digitos dextre precidit et manus in Tyberim proiecit.